

Forfatter: Foxall, John

Titel: BREV TIL: Gyldenstjerne, Mogens FRA: Foxall, John (1565-12-10)

Citation: Foxall, John: "BREV TIL: Gyldenstjerne, Mogens FRA: Foxall, John (1565-12-10)", i *Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (2. bind)*, I KOMMISSION HOS G. E. C. GAD, s. 758. Onlineudgave fra Danmarks Breve: <https://tekster.kb.dk/text/letters-000743146-006-shoot-L0007431460060612.pdf> (tilgået 29. april 2024)

Anvendt udgave: Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (2. bind)

Ophavsret: Materialet er fri af ophavsret. Du kan kopiere, ændre, distribuere eller fremføre værket, også til kommercielle formål, uden at bede om tilladelse. Husk altid at kreditere ophavsmanden.

[Læs Public Domain-erklæringen](#)

Foxall, John, *Breve til og fra Mogens Gyldenstjerne og Anne Sparre (2. bind)*,

London, 10. December 1565. John Foxall til Mogens Gyldenstjerne.

Han meddeler, at han har skaffet 15 større Stkr. Skyts (10 Slanger og 5 Falkonetter) med 20 Mand til Betjening. De vil med Fragt og Løn koste ham over 2000 Dlr., og han beder om at faa Pengene betalt ved Modtagelsen. Han har givet Luder Surbeck Maalene paa dem, saa at der kan laves Styklader til dem. Han lader lave 40 Kugler til hvert Stykke Skyts og sender dem i Marts. Nogle af hans Landsmænd, der er Kongen af Danmark mindre venligt sindet, har faaet Kaperbreve af Kongen af Sverrig s. 759og har besluttet at sejle dels til Island, dels til Norge, hvilket vil være til Skade for Kongen af Danmark, hvis der ikke skrives til Dronningen af England, der er begge Konger lige gunstigt stemt. Foxall vil for sin Part gøre sig Umage for at hindre deres Forsøg.

Jllustrissime vir, vt et officio meo in regiam maiestatem satisfacerem et promissam ei fidem meam exoluerem, hijs literis tuo honori significo, me quindecim bellica tormenta maiora ¹⁾, videlicet colubrina ²⁾ decem, sacra ³⁾ quinque præparasse, quæ sequentis februaryi vltimo hinc efferentur, vt recta in fretum vestrum deferantur vna cum tormentarijs ⁴⁾, qui eadem displodant, viginti, qui suam operam regiæ maiestati addixerunt. Quæ quidem tormenta vna cum vectura et hominum stipendio hic mihi constabunt duobus ad minimum dalerorum milibus, quamobrem apud tuum honorem suppliciter contendo, vt per te regia maiestas velit dinumerandam mihi pecuniam meam curare, quumprimum ad littus vestrum appulerint et uobis tradita fuerint. Tradidi præterea Ludero Suerbecke mensuram longitudinis et crassiciej eorundem tormentorum, vt ligna dolentur, quibus statim post appulsum inserantur. Curaui etiam in singula tormenta glandes tormentarias quadraginta conficiendas. Quæ quidem tormenta cum suis tormentarijs et glandibus, si deus annuerit, mense Martio proximo ad vos deuehentur. Ad hæc pro singulari et eodem perpetuo regiæ maiestatis in me studio officij mei esse duxi eidem significare, quæ nonnulli ex nostratibus Anglis parum amice erga earn affecti moliuntur; literas enim mercatus seu reprisales ⁵⁾, vt vocant, a rege Suetiorum, ipsius hoste, impetrarunt, quibus freti decreuerunt in Jslandiam alij, alij in Noruegiam nauigare, et illius detrimento fiet, nisi anteuertatur missis ad serenissimam s. 760reginam nostram literis, quam scio vtrique regi ex æquo fauere. Ego autern pro mea virili dabo operam, vt illorum conatui obsistatur. Hæc habui, quæ tuo honori aperirem, interim, vt hactenus cepisti, perge, quæso, mihi esse amicus, neque ego tuæ petitioni defuero. Tuam valetudinem et regiæ maiestatis victoriam diuinæ bonitati commendo. 10 decembris anno 1565.

Londini.

Tuo honori obsequentissimus

Johannes Foxall.

(Bagpaa: Seglet og Udskejten:)

Amplissimo viro domino Magno Gildersterne, Serenissimi Dacorum regis in Copenhauen præfecto.